Ks. Szymański

KALENDARIUM LITURGICUM

IN DIOECESI CAMENECENSI

A. D.

 **1923** 

SERVANDUM



PREMISLIAE

TYPIS IOSEPHI STYFI 1922.

ABBREVIATIONES

IN KALENDARIO USITATAE.

(amS)	ad modum Simplicis
c.	commemoratio
Cr.	Credo
D.	Dominica
d.	duplex
dm.	duplex maius
Dox. B.	doxologia BMV. seu conclusio hymnorum eiusdem metri: *Iesu tibi sit gloria, Qui natus es de Virgine etc.*
Ecclesiae	In M. 3 or. Ecclesiae vel pro Papa.
f.	feria
Gl.	Gloria
L.	Laudes
l.	lectio
ll.1 N	Lection. 1 Nocturni
9lh,	nona lect. homiliae
M.	Missa
O.	Octava
OIG.	Omitt or. imper, pro re gravi, nisi ab Ordinario *etiam in duplic. I. Cl.* dicendae praescribantur.
OIO.	Omit. or, *simpliciter* imperatae.
PA, PB, PC, PN, PT,	Praefat, de Apost, Beata, Cruc, Nativ., Trinit.
PAL	pars Missal. *pro aliquibus locis*
pr.	proprius
PRP.	Propr. Regni Polon.
Prc.	Preces minores seu Dominicales
Prcf.	Preces feriales
S.	Sanctus
(S.C.I.)	permittitur Missa votiva SS. Cordis Iesu, de qua pag 34.
sd.	semiduplex
Sf.	Suffraginm
spx	simplex
Tr	Tractus
UE.	Ultimum Evangel
In Vcs.	In Vesp. commem. sequentis
Vd.	Vesp. dimidiantur i, e, a Capit. de sequ., comm. praecedent.
Vig.	Vigilia
Vscp.	Vesp. de seq, commem. praec
*	significat alicubi diversum esse Officium.

a, r, v, vir, n [in tertia columna] indicat colorem paramentorum, album, rubrum, violac,, viridem, nigrum.

a etc, denotat dies, in quibus dici possunt Missae votivae et Defunctorum, etiam lectae.

KALENDARIUM
LITURGICUM

IN USUM DIOECESIS

CAMENECENSIS

IUSSU ET AUCTORITATE

EXCELLENTISSIMI

ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI

DOMINI DOMINI

PETRI MAŃKOWSKI

DEI MISERATIONE ET S. SEDIS APOSTOLICAE GRATIA
EPISCOPI CAMENECENSIS.

A. D. 1923.

SERVANDUM



PREMISLIAE

TYPIS IOSEPHI STYFI

1922.

IMPRIMATUR.

Datum in op. Buczacz, die 4 Augusti 1922.

† **PETRUS** Eppus.

Cancellarius
S. Wiśniewski

Nr. 830.
(L. S.)



TABULA TEMPORARIA

PRO ANNO DOMINI

1923.

Aureus Numerus	5	Indictio Romana	6
Epacta	XIII	Littera Martyrologii	n
Cyclus Solaris	28	Dom. post Epiphaniam	3
Littera Dominicalis	g	Dom. post Pentecosten	27

Festa mobilia

Dom. Septuages.	28 Ian.	Dom. Pentecostes	20 Maii
Dies Cinerum	14 Febr.	Fest. SS. Trinit.	27 Maii
Pascha Resurrect.	1 April.	Fest. SS. C. Christi	31 Maii
Ascensio Domini	10 Maii	Dom. I. Adventus	2 Dec.

Quatuor anni Tempora

Verna	21, 23, 24 Febr.	Autumn.	19, 21, 22 Sept.
Aestiva	23, 25, 26 Maii	Hiemalia	19, 21, 22 Dec.

Nuptiarum Solemnia.

Solemnis nuptiarum benedictio vetatur a die 2 Decembris usque ad diem 25 Decembris inclusive, et a die 14 Februarii usque ad diem 1 Aprilis inclusive. — Ordinarii tamen locorum possunt, salvis legibus liturgicis, etiam praedictis temporibus eam permittere ex iusta causa, monitis sponsis, ut a nimia pompa abstineant (can. 1108, §§ 2 et 3).

DIES FESTIVI PAPALES.

6 Februarii. **Dies Electionis Suae Sanctitatis PII PP. XI.**

12 Februarii. **Dies Coronationis Suae Sanct.**

Celebrans absuluto Missae Sacrificio intonat Hymnum „Te Deum", quo finito canit sequentia:

V. Oremus pro Pontifice nostro PIO.

R. Dominicus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus.

V. Fiat pax in virtute Tua.

R. Et abundantia in turribus Tuis.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad Te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus, omnium fidelium pastor et rector, famulum tuum PIUM, quem pastorem Ecclesiae tuae praeesse voluisti, propitius respice: da ei, quaesumus, verbo et exemplo, quibus praeest, proficere; ut ad vitam, una cum grege sibi credito, perveniat sempiternam. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

V. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

R. Amen.

DIES FESTIVI EPISCOPALES.

24 Septembr. **Anniversarium praeconizationis Excell. Praesulis nostri PETRI in Episcopum Camenecensem.**

30 Novembr. **Anniversarium Consecrationis Eiusdem Excell. Praesulis.**

Celebrans finita Missa solemni intonat Hymnum „Te Deum", quo finito canit sequentia:

V. Domine, salvum fac Antistitem Nostrum PETRUM.

R. Et exaudi nos in die, quâ invocâverimus Te.

V. Fiat pax in virtute Tua.

R. Et abundantia in turribus Tuis.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus a Te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS

Deus, omnium fidelium pastor et rector, famulum tuum PETRUM, quem pastorem Ecclesiae Camenecensi praeesse voluisti, propitius respice: da ei, quaesumus, verbo et exemplo, quibus prae est, proficere; ut ad vitam, una cum grege sibi credito, perveniat sempiternam. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

V. Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

R. Amen.

TITULARES ECCLESIARUM

ORDINE ALPHABETICO DISPOSITI.

Sub respoctivo numero inveniunt Sacerdotes respectivae Ecclesiae adscripti Officium S. Titularis eiusque Octavae.

1. Adalbertus Epp. Mart., 23 Aprilis
2. Alexius Conf., 17 Iulii
3. Anna Mater B. M. V., 26 Iulii
4. Antonius de Padua Conf., 13 Iunii
5. Caietanus Conf., 7 Augusti
6. Cor Iesu SS., 8 Iunii
7. Crucis S. Exaltatio, 14 Sept.
8. Florianus Mart., 4 Maii
9. Fridericus Epp. Mart., 18 Iulii
10. Ivo Conf., 19 Maii
11. Ioannes Nepom. Mart., 16 Maii
12. Kilianus Epp. Mart., 8 Iulii
13. Ludovicus Rex. Conf., 25 Augusti
14. Maria B. V. Angelorum, 2 Augusti
15. „ de Monte Carmelo, 16 Iulii
16. „ SS. Rosarii Regina, 7 Octobris
17. „ Septem Dolorum, 15 Septembris

18. Mariae B. V. Visitatio, 2 Iulii
19. „ Magdalena Poenit., 22 Iulii
20. Michael Archang., 29 Septembris
21. Nicolaus Ep. Conf., 6 Decembris
22. Transfiguratio D. N. I. Chr., 6 Augusti
23. Trinitas SS., 27 Maii

SCHEMATA PRO DIVINO OFFICIO

IUXTA PSALTERIUM PII PP. X.

ET NOVISSIMA S. R. C. DECRETA RITE RECITANDO.

A. OFFICIUM FESTIVUM

dicitur in Festis sive novem lectionum (duplex I et II classis, duplex maius, duplex minus, semiduplex), sive trium lectionum (simplex).

Dividitur in Officium solemne, semisolemne, ordinarium et simplex. Huius ultimi species est Officium S. Mariae in Sabbato.

1. OFFICIUM SOLEMNE

dicitur *a)* in Festis Domini, B. Mariae Virg., SS. Angelorum, S. Ioannis Baptistae, S. Ioseph, SS. Apostolorum et Evangelistarum;

b) in omnibus duplicibus I et II classis;
c) in Vigilia Epiphaniae et Pentecostes;
d) Feria VI post Octavam Ascensionis;
e) in Dominicis infra Octavas Nativitatis, Epiphaniae, Ascensionis et Corporis Christi;
f) infra Octavas *privilegiatas* Paschae, Pentecostes, Epiphaniae, Corporis Chr., Nativitatis et Ascensionis;
g) in Vigilia Nativitatis ad Laudes et per Horas;
h) in Triduo Maioris Hebdomadae, exceptis Laudibus.

In **utrisque Vesperis** et ad **Matutinum** omnia dicuntur, ut in Proprio vel Communi.

Ad **Laudes** et **Horas** Psalmi sumuntur de Dominica, ut in Psalterio, et quidem ad Laudes de I schemate, ad **Primam** vero ut in Festis: videlicet loco Ps. *Confitemini* dicitur Ps. *Deus*

in nomine tuo. — Reliqua in his Horis dicuntur ut in Ordinario, Proprio vel Communi Sanctorum.

Completorium dicitur de Dominica post I Vesperas, si ipsae saltem a Capitulo dictae fuerint de sequenti Festo; et post II Vesperas, si integrae dictae fuerint de Festo praecedenti.

2. OFFICIUM SEMISOLEMNE

dicitur *a)* in Festis duplicibus maioribus vel minoribus aut semiduplicibus, quae proprias habent Antiphonas ad Matutinum, Laudes et Vesperas, videlicet: 21 Ianuarii S. Agnetis V. M., 5 Febr. S. Agathae V. M., 11 Novembris S. Martini E. C., 22 Novembris S. Caeciliae V. M.:

b) in Festis duplicibus minoribus et semiduplicibus, proprias Antiphonas ad Laudes et Vesperas tantum habentibus, scl: 26 Iunii SS. Ioannis et Pauli Mm., 3 Augusti Inventionis S. Stephani Protomart., 23 Novembris S. Clementis P. M., 13 Decembris S. Luciae V. M.

Antiphonae et *Psalmi* ad **Completorium, Primam, Tertiam, Sextam et Nonam** de occurrenti hebdomadae die, ut in Psalterio.

Ad **Matutinum** *Antiphonae, Psalmi* et *Versus Nocturnorum* in Festis sub *a)* enumeratis de Proprio vel Communi; sub *b)* de occurrenti hebdomadae die e Psalterio. — *Lectiones* in Festis *a)* de Proprio cum suis Responsoriis; sub *b)* de Scriptura occurrenti cum Responsoriis de Tempore, excepto Festo S. Stephani.

Ad **Laudes** *Antiphonae* propriae cum *Psalmis* de Dominica 1. loco.

Ad **Vesperas** *Antiphonae* propriae cum *Psalmis* de Proprio vel Communi.
Reliqua ad **omnes Horas**, ut in Ordinario et Proprio vel Communi.

3. OFFICIUM ORDINARIUM

dicitur *a*) in Festis novem lectionum, quae non sunt I vel II classis, neque sequuntur schema I., nullasque proprias (neque ad Matutinum, neque ad Laudes et Vesperas) Antiphonas [1]) habent;

b) in diebus infra Octavas communes et diebus Octavis communibus seu Duplicium I classis.

a) Extra Tempus Paschale

I Vesperae: Antiphonae [2]) et Psalmi de Feria currenti, ut in Psalterio. — Capitulum et reliqua de Proprio vel Communi et de Ordinario.
Completorium: Antiphona et Psalmi de Psalterio Feriae currentis. — Reliqua de Ordinario.
Matutinum: Invitatorium et hymnus de Proprio vel Communi. — Antiphonae [3]), Psalmi et Versus Nocturnorum de Psalterio Feriae currentis. — Lectiones I Nocturni de Scriptura occurrenti cum *suis Responsoriis de*

---

[1]) Huc adnumerantur Officia, quae solas Antiphonas ad *Benedictus* et ad *Magnificat* proprias habent.

[2]) Antiphonae ad omnes Horas, item Versus Nocturnorum sumuntur ut *per annum*, non vero illae, quae inscribuntur: Tempore Adventus vel Quadragesimae vel Passionis.

[3]) In III Nocturno Feriae IV adhibetur semper schema I.

Tempore[1]), 2 et 3 Nocturni de Proprio vel Communi. Post nonam Lectionem semper *Te Deum.*

Laudes: Omnia ut ad Vesperas[2]).

Prima, Tertia, Sexta, Nona: Antiphona et 3 Psalmi de Feria currenti; a Capitulo *ad Primam* de Ordinario, excepta Lectione brevi, pro qua sumitur Capitulum Nonae de Proprio vel Communi, *ad alias Horas* de Proprio vel Communi.

II Vesperae: Ut in I Vesperis.

Completorium: Ut supra.

Nota: Suffragium et Preces Dominicales dicuntur iuxta regulas infra in Praenotandis Directorii traditas.

b) Tempore Paschali

Omnia ut extra Tempus Paschale, his tantum mutatis:

a) ad *Vesperas* et *Laudes* omnes Psalmi dicuntur sub unica Antiphona „Alleluia", quae in duplicibus ante Psalmos dicitur integra;

b) ad *Matutinum* tres Psalmi cuiuslibet Nocturni dicuntur sub unica Antiphona „Alleluia", Versus Nocturnorum habentur proprii.

---

[1]) Haec valent, etiamsi in antiquo Breviario aliae Lectiones assignentur, v. gr. *Beatus vir* vel *Sapientiam* etc. Hic standum Directorio, quod exceptiones semper notabit!

[2]) Ant. et Psalmi semper de I schemate.

c) Item propriae Temporis Paschalis Antiphonae habentur ad Horas minores et Completorium.

Nota: Commemoratio de Cruce et Preces Dominicales dicuntur iuxta regulas in Praenotandis Directorii traditas.

4. OFFICIUM SIMPLEX

dicitur *a)* in Festis trium lectionum,
b) in diebus Octavis simplicibus seu Duplicium II classis.

Hoc Officium recitatur ut Officium ordinarium, his tantum mutatis:

a) Novem Psalmi ad Matutinum dicuntur continuatim; omissis VV. 1 et 2 Nocturni, dicitur tantum Versus post 3 Nocturnum; *Tempore Paschali* Psalmi dicuntur sub unica Antiphona „Alleluia", in fine additur Versus ultimo loco positus.

b) Absolutiones: Feria II et V *Exaudi*, III et VI *Ipsius pietas*, IV et Sabb. *A vinculis.* — Benedictiones: *Ille nos*, *Cuius* (*quorum*) *festum*, *Ad societatem*.

c) Lectiones 1 et 2 sunt de Scriptura occurrenti cum suis Responsoriis de Tempore (in 2. Responsorio additur *Gloria Patri*), 3. vero de Sancto (si duae habentur, leguntur per modum unius) ac post eam dicitur *Te Deum*.

d) In Vesperis et Laudibus additur Suffragium, respective Commemoratio de Cruce, ad Primam et Completorium dicuntur Preces Dominicales.

c) Hoc Officium desinit ad Nonam. Proinde, si sequenti die dicendum sit de Feria vel Vigilia, quae non habet primas Vesperas, omnia dicuntur de Feria, ut in Psalterio, cum oratione Dominicae praecedentis.

5. OFFICIUM S. MARIAE IN SABBATO

dicitur eodem prorsus modo ac Officium simplex, sed *Absolutiones* et *Benedictiones* habet *proprias*, non vero gaudet amplius propriis Responsoriis, quae proinde de Tempore sumenda erunt.

Suffragium habetur proprium:

Ant. Sancti omnes intercedant pro nobis ad Dominum.

V. Mirificavit Dominus Sanctos suos.

R. Et exaudivit eos clamantes ad se.

Oremus. A cunctis nos, quaesumus, Domine, mentis et corporis defende periculis, et intercedente beato Ioseph, cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, atque beato *N.* et omnibus Sanctis, salutem nobis tribue benignus et pacem; ut, destructis adversitatibus et erroribus universis, Ecclesia tua secura tibi serviat libertate. Per Dominum nostrum.

Hoc Officium etiam ad Nonam desinit.

B. OFFICIUM DOMINICALE

dicitur in omnibus Dominicis, exceptis iis, quae occurrunt infra Octavas priviligiatas Nativitatis, Epiphaniae, Ascensionis et Corporis Christi.

Suffragium omittitur. quotiescumque facta fuerit Commemoratio cuiuscumque Festi Duplicis vel diei Octavae (etiam simplicis) vel diei infra Octavam.

Preces ad *Completorium* omittuntur, si in Vesperis non fuit dictum Suffragium.

Nona lectio de Sancto in Officio Dominicali numquam legitur. — Symbolum *Quicumque* dicitur tantum in Dominicis post Epiph. et Pentec. seu in iis, quae colore viridi gaudent, et sequitur easdem regulas ac Preces Dominicales ad Primam.

6. IN DOMINICIS MINORIBUS PER ANNUM

dicitur *a)* in Dominica II, III, IV et VI post Epiphaniam; *b)* in Dominica III et sequentibus usque ad ultimam post Pentecostes inclusive.

Omnia dicuntur de Ordinario et Psalterio, ut *per annum*, his exceptis:

I Vesperae: Omnia de Psalterio Sabbati, praeter Antiph. ad *Magnificat* (quae in D. post Epiph. etiam de Psalterio sumitur) et Orationem de Proprio.

Completorium: Ant. et Psalmi de Psalterio Sabbati.

Matutinum: *In D. post Epiphaniam* et *a die 28 Septembris* Invitat. *Adoremus*, hymnus *Primo die* — *a D. III. post Pentec. ad diem 27 Septembris inclusive* Invitat. *Dominum, qui fecit*, hymnus *Nocte surgentes*. — Lectiones de Proprio cum suis Responsoriis. *Te Deum*.

Laudes: Ant., Psalmi et Capitulum I schematis. — Hymnus *Aeterne*, respective *Ecce iam noctis* (a D. III post Pentec. ad diem 27 Septembris inclusive). — Ant. ad *Benedictus* et Oratio de Proprio.

Prima: Ant. et Psalmi: *Confitemini, Beati immaculati, Retribue* de Psalterio. — Lectio brevis: *Dominus autem* de Ordinario.

Tertia, Sexta, Nona: Ant., et Ps. de Psalterio, a Capitulo de Ordinario, Oratio de Proprio.

II Vesperae: Omnia de Psalterio; Ant. ad *Magnificat* et Oratio de Proprio.

7. IN DOMINICIS SEPTUAGESIMÆ, SEXAGESIMÆ, QUINQUAGESIMÆ

I Vesperae: Omnia de Psalterio Sabbati, praeter Capitulum, Ant. ad *Magnificat* et Orationem de Proprio.

Completorium: Ut supra 6, quod valet etiam inferius.

Matutinum: Invitat. *Praeoccupemus*, hymnus *Primo die*. Non dicitur *Te Deum*.

Laudes: Ant. et Capitulum de Proprio. — Psalmi, Hymnus, et Versus de II schemate. — Ant. ad *Benedictus* et Oratio de Proprio.

Prima: Ant. de Proprio. — 4 Psalmi: *Dominus regnavit, Iubilate, Beati, Retribue.* — Lectio brevis: *Dominus autem.*

Tertia, Sexta, Nona: Ant. de Proprio, item Capit. et Oratio. — Responsorium breve de Ordinario.

II Vesperae: Omnia de Psalterio, praeter Capitulum, Ant. ad *Magnificat* et Orationem de Proprio.

8. IN DOMINICIS QUADRAGESIMÆ

I Vesperae: Ant. et Psalmi de Psalterio. — Capitulum, Ant. ad *Magnificat* et Oratio de Proprio. — Hymnus et Versus de Ordinario Pro Temp. Quadragesimae.

Matutinum: Invitat. et hymnus de Ordinario pro Temp. Quadragesimae. — Versus Nocturnorum de Psalterio pro Temp. Quadragesimae. — Non dicitur *Te Deum.*

Laudes: Ant. de Proprio. — Psalmi II schematis. — Capitulum, Ant. ad *Benedictus* et Oratio de Proprio. — Hymnus et Versus de Ordinario Tempore Quadragesimae.

Prima: Ut supra 7. Lectio brevis *Quaerite Dominum.*

Tertia, Sexta, Nona: Ant. et Capitulum de Proprio. — Responsorium breve de Tempore Quadragesimae ex Ordinario. -- Oratio de Proprio.

II Vesperae: Capitulum, Ant. ad *Magnificat* et Oratio de Proprio. — Hymnus et Versus de Tempore Quadragesimae ex Ordinario.

9. IN DOMINICIS PASSIONIS ET PALMARUM

Omnia ut in Dominicis Quadragesimae, sed respectivae partes de Ordinario Temporis *Passionis* sumuntur.

Ad Completorium: Responsorium breve Temporis Passionis proprium (de Ordinario).

Ad Primam: Responsorium breve proprium Temporis Passionis. — Lectio brevis: *Faciem meam.*

10. IN DOMINICIS POST PASCHA

I Vesperae: Ant. unica *Alleluia* et Psalmi Sabbati. — Capitulum, Ant. ad *Magnificat* et Oratio de Proprio. — Hymnus et Versus de Ordinario pro Tempore Paschali.

Completorium: Ant. *Alleluia.* Responsorium breve proprium T. P.

Matutinum: Invitat. et hymnus de Ordinario pro T. P. — Ant. unica (T. P.) et 3 Psalmi in quolibet Nocturno cum Versibus T. P. e Psalterio. — *Te Deum.*

Laudes: Ant. unica *Alleluia*. — Psalmi I schematis. — Capitulum, Ant. ad *Benedictus* et et Oratio de Proprio. — Hymnus et Versus de Ordinario T. P.

Prima: Ant. *Alleluia* — Psalmi: *Confitemini, Beati. Retribue.* — Responsorium breve de T. P. — Lectio brevis: *Si consurrexistis* (de Ordinario).

Tertia, Sexta, Nona: Ant. *Alleluia*. — Capitulum et Oratio de Proprio. — Responsorium breve de Tempore Paschali ex Ordinario.

II Vesperae: Ant unica *Alleluia*. — Capitulum, Ant. ad *Magnificat* et Oratio de Proprio. — Hymnus et Versus de Ordinario T. P.

11. IN DOMINICIS ADVENTUS

I Vesperae: Ant. propriae de Laudibus Dominicae sequentis. — Hymnus et Versus de Tempore Adventus ex Ordinario. — Capitulum, Ant. ad *Magnificat* et Oratio de Proprio.

Matutinum: Invitat. *(Regem venturum* — in D. III et IV *Prope est*) et hymnus de Ordinario pro Temp. Adventus. — Psalmi sub Antiphonis et Versibus de Tempore Adventus e Psalterio. — Non dicitur *Te Deum*.

Laudes: Ant. de Proprio. — Psalmi I schematis. — Capitulum, Ant. ad *Benedictus* et Oratio de Proprio. — Hymnus et Versus de Tempore Adventus ex Ordinario.

Prima: Ant. 1. de Laudibus ex Proprio. — Psalmi: *Confitemini, Beati, Retribue.* — Lectio brevis *Domine miserere.*

Tertia, Sexta, Nona: Ant. 2 (resp. 3, 5) de Laudibus ex Proprio. — Capitulum et Oratio de Proprio. — Responsorium breve de Tempore Adventus ex Ordinario.

II Vesperae: Ant. de Laudibus ex Proprio. — Capitulum, Ant. ad *Magnificat* et Oratio de Proprio. -- Hymnus et Versus de Tempore Adventus ex Ordinario.

C. OFFICIUM FERIALE

dicitur *a)* in omnibus Feriis, excepta Feria VI. post Octavam Ascensionis;

b) in Vigiliis communibus, seu iis, quae non sunt privilegiatae. Privilegiatae vero censentur Vig. Nativitatis, Epiphaniae et Pentecostes.

12. IN FERIIS MINORIBUS PER ANNUM

dicitur in Feriis post Octavam Epiphaniae et Pentecostes' extra Quatuor Tempora.

Omnia dicuntur ut in Psalterio, et quidem:

Matut: Novem Psalmi dicuntur cum suis Antiphonis, omissis Versibus I et II Nocturni. (Feria IV. tres ultimi Psalmi de I schemate). — Absol. et benedictiones: Feria II et V de I Nocturno, III et VI de 2 Noct., IV et Sabbato

de 3 N. (sed. 1. bened. *Ille nos etc.)* — Lectiones et Responsoria de Proprio. — Non dicitur *Te Deum*.

Laudes: Schema I. — Oratio Dominicae praecedentis. — Suffragium.

Prima: 3 Psalmi. — Capitulum *Pacem*. — Preces Dominicales. — Lectio brevis: *Dominus autem*.

Tertia, Sexta Nona: Capitulum et reliqua de Ordinario. — Oratio Dominicae praecedentis.

Vesperae: Omnia de Psalterio, praeter Orationem (Dominicae praecedentis) de Proprio. — Suffragium.

Completorium: Preces.

13. IN FERIIS A SEPTUAGESIMA AD FER. III ANTE CINERES INCLUSIVE

Omnia ut supra 12., praeter haec:

Matut: Feria IV tres ultimi Psalmi de II schemate.

Laudes: Schema II.

Prima: 4 Psalmi. — Preces Dominicales.

Vesperae: Ant. ad *Magnificat* de Proprio.

14. IN FERIIS A IV CINERUM AD SABBATUM SEQUENS INCLUSIVE

Omnia ut supra 13., praeter haec:

Laudes: Ant. ad *Benedictus* et Oratio de Proprio. — Preces feriales. — Suffragium.

Prima et **aliae Horae**: Preces feriales. — Oratio de Proprio.

Vesperae: Ant. ad *Magnificat* et Oratio (quae diversa est ab Oratione Laudum) de Proprio. — Preces feriales. — Suffragium.

15. IN FERIIS QUADRAGESIMAE

Matut: Invitat. et hymnus pr. Temporis Quadragesimae de Ordinario (Feria IV. 3 ultimi Psalmi de 2 loco). — Versus de Temp. Quadrag. e Psalterio.

Laudes: Schema II. — Capitulum, Hymnus, Versus de Ordinario Temp. Quadr. — Ant. ad *Benedictus* et Oratio de Proprio. — Preces feriales — Suffragium.

Prima: Ant. de Temp. Quadr. ex Ordinario. — 4 Psalmi. — Capitulum *Pacem*. — Preces feriales. — Lectio brevis: *Quaerite* de Ordinario.

Tertia, Sexta, Nona: Ant. de Temp. Quadr. ex Ordinario. — Capitulum et reliqua de Temp. Quadr. ex Ordinario. — Preces feriales. — Oratio de Proprio.

Vesperae: Ant. et Ps. de Psalterio. — Capitulum, Hymnus, Versus de Temp. Quadr. ex Ordinario. — Ant. ad *Magnificat* et Oratio (diversa ab or. Laudum) de Proprio. — Preces feriales. — Suffragium.

16. IN FERIIS INFRA HEBDOMADAM PASSIONIS

Omnia ut in Feriis Quadragesimae (15), sed respectivae partes de Ordinario Temporis *Passionis* sumuntur.

Suffragium non dicitur. — Ad **Completorium** et **Primam** Resp. breve habetur proprium in Ordinario.

17. IN FERIIS II, III et IV MAIORIS HEBDOMADÆ

Omnia ut supra 16, praeter haec:

Laudes: Ant. de Proprio.

Prima, Tertia, Sexta Nona: Ant. 1 (resp. 2, 3 vel 5) de Laudibus ex Proprio.

18. IN FERIIS TEMPORIS PASCHALIS

Matut: Invitat. et hymnus de Ordinario Temp. Paschali. — Ant. unica *Alleluia*. — *Te Deum*.

Laudes: Ant. unica *Alleluia*. — Psalmi I schematis. — Capitulum, Hymnus, Versus de Ordinario T. P. — Ant. ad *Benedictus* et Oratio (Dominicae praeced.) de Proprio. — Commemoratio de Cruce.

Prima: 3 Psalmi. — Capit. *Regi saeculorum*. — Resp. breve proprium Temp. Pasch. — Preces Dominicales. — Lectio brevis: *Si consurrexistis*.

Tertia, Sexta, Nona: Capitulum et reliqua de Ordinario. — Oratio Dominicae praecedentis.
Vesperae: Ut ad Laudes.

19. IN FERIIS ADVENTUS

a) Diebus 28 et 29 Novembris, 1 et 5 Decembris.

Matut: Invit. *Regem venturum* et hymnus de Ordinario pro Temp. Adventus. — Ant. et 9 Psalmi cum V. (de Tempore Adventus in fine 3 N. ttum) de Psalterio. (Feria IV 3 ultimi Ps. cum suis Ant. de 2 loco). — Lect. et Resp. de Proprio. — Non dic. *Te Deum*.
Laudes: Schema II. — Capit., Hymnus et V. de Ordinario pro Tempore Adventus. — Ant. ad *Benedictus* de Proprio. — Preces feriales. — Oratio Dominicae praecedentis de Proprio. — Suffragium non dicitur.
Prima: Ant. la de Laudibus Dominicae praeced. ex Proprio. — 4 Psalmi. — Capitulum *Pacem*. In R. brevi V. *Qui venturus es*. — Preces feriales. — Lectio brevis *Domine miserere* de Ordinario
Tertia, Sexta, Nona: Ant. 2a (resp. 3a vel 5a) de Laudibus Dominicae praecedentis ex Proprio. — Capitulum et reliqua de Ordinario pro Tempore Adventus. — Preces feriales. — Oratio Dominicae praecedentis de Proprio.
Vesperae: Ant, et Ps. de Psalterio. — Capitulum, Hymnus et V. de Tempore Adventus ex

Ordinario. — Ant. ad *Magnificat* de Proprio. — Preces feriales. — Oratio Dominicae praecedentis de Proprio. — Suffragium non dicitur.

Completorium: Preces.

b) Diebus a 17 usque ad 23 Decembris inclusive

Matut.: Invit. *Prope est*, reliqua ut supra a).

Laudes: Ant. speciales de Proprio, cetera ut supra a). — Oratio Dominicae praecedentis, in Quatuor Temporibus vero propria.

Prima, Tertia, Sexta, Nona: ut supra a) — sed Antiphonae sumuntur de Feria currenti ex Proprio.

Vesperae: ut sub a) — sed Ant. ad *Magnificat* sumitur de Antiphonis *O* atque integra dicitur ante et post Canticum. — Oratio Dominicae praecedentis dicitur etiam in Feriis Quatuor Temporum.

20. IN VIGILIIS PER ANNUM (NON PRIVILEGIATIS)

Omnia ut in Feriis *per annum* (12), praeter haec:

Matut.: Feria IV tres ultimi Psalmi de II schemate

Laudes: Schema II.

Preces feriales: ad Laudes et omnes Horas.

Prima: 4 Psalmi. — Capitulum *Pacem*.

Hoc Officium desinit ad Nonam.

REGULAE NOVI MISSALIS IN MISSAE CELEBRATIONE SERVANDAE.

I.

De Missa celebranda in propria ecclesia vel in proprio oratorio privato.

In propria ecclesia vel in privato proprio oratorio, diebus Missis votivas vel de Requie vel alias ut infra impedientibus, Missa regulariter conveniat cum Officio Celebrantis. Pro omnibus autem, peculiare indultum non habentibus, Missa in oratorio privato prohibetur diebus solemnioribus, nempe:

1° in solemnitatibus Nativitatis Domini, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes;
2° in festis Assumptionis et Conceptionis Immaculatae B. M. V.;
3° in festis S. Ioseph, Sponsi B. M. V. (19 Martii) et Ss. Apostolorum Petri et Pauli (29 Iunii);
4° in festo Omnium Sanctorum;
5° in ultimo triduo Maioris Hebdomadae.

Ubi vero ex indulto solemnitas quorumdam festorum in Dominicam transfertur, aut supressa est, Missa in oratoriis privatis permittitur tum die, qua celebratur Officium, tum die in quam transfertur solemnitas.

II.

De Missa celebranda in alienis Ecclesiis aut Oratoriis.

In alienis ecclesiis vel oratoriis publicis, diebus Missas votivas vel de Requie vel alias ut infra impedientibus, Missa regulariter debet omnino convenire cum Officio loci, non autem Celebrantis: ceteris vero diebus, Sacerdos Missam celebrare potest Officio vel loci vel proprio conformem, more tamen festivo; vel de Requie, vel votivam, vel aliam ut infra.

Item calendario loci, non vero Celebrantis, respondere debent Missae, quae celebrantur in oratorio semipublico, sive in capella principali seminariorum, collegiorum, piarum communitatum‘ hospitalium, carcerum, et similium.

In alienis autem oratoriis privatis et in oratoriis secundariis piarum communitatum recte adhibetur calendarium Celebrantis.

III.

De Missa votiva cantata pro re gravi

Esse potest de SS. Trinitate, de Spiritu Sancto, de B. M. V., vel de quolibet Sancto canonizato et descripto in Martyrologio Romano, necnon pro quacumque necessitate, ceterisque indigentiis, ut in fine Missalis. Res porro gravis, ob quam licet Missam illam decantare, praesto est, quando

implorandum sit divinum auxilium in urgenti aliqua necessitate, aut gratiae agendae pro insignibus beneficiis obtentis: haec gravis causa pro qualibet vice approbanda est ab Ordinario.

Haec [illegible] votiva cantata prohibetur:

1° in Dominicis I classis;

2° in duplicibus I classis;

3° feria IV Cinerum; fer. II, III et IV Mai. Hebdomadae;

4° in Vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes;

5° in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum;

6° in ecclesiis unam tantum Missam habentibus die 2 Februarii, si fiat benedictio Candelarum, in Litaniis maioribus et minoribus, si fiat processio, et ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

Die autem, in qua fiat Officium aut commemoratio, vel occurrat Vigilia aut dies infra Octavam quamvis simplicem, de *identico* Domini *Mysterio*, vel de *eadem* Sancti *Persona*, de qua esset canenda Missa: loco Missae votivae, canitur Missa Officio vel commemorationi, Vigiliae aut Octavae conveniens, cum commemorationibus, quae in ipsa Missa votiva faciendae essent ut infra.

Aliis vero diebus, in quibus Missa votiva impediatur, sed eius commemoratio non vetatur, in Missa cantata diei currentis, etsi conventuali, *sub*

unica conclusione cum 1ª oratione additur oratio de Missa votiva impedita, et fiunt tantummodo commemorationes, quae huic Missae conveniant.

Oratio autem de Missa votiva impedita addi nequit in Commem. Omn. Fidel. Defunctorum, in festis Nativitatis Domini, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, SS. Trinitatis et SS. Corporis Christi, neque quando Officium vel commemoratio sit de identico Domini Mysterio vel de eadem Sancti Persona; sed permittitur in feriis II et III Paschatis vel Pentecostes.

In hac Missa votiva fit tantum commemoratio de duplici II classis, de Dominica quavis, de Feria maiori, de Rogationibus, et de aliqua ex Vigiliis aut Octavis privilegiatis; si tamen Missa erit pro gratiarum actione, addetur sub unica conclusione cum prima oratione oratio *Deus, cuius misericordiae.*

In eadem Missa votiva dicitur *Gloria in excelsis* (nisi celebretur in colore violaceo) et *Credo.*

IV.

De Missa cantata Patroni vel Titularis, vel alius festi transferendi, vel alias solummodo impediti, vel commemorati, aut cuiuscumque Sancti in Martyrologio descripti.

I. Si festum Patroni principalis, aut Tituli vel Dedicationis propriae Ecclesiae, vel etiam Tituli aut Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis per accidens impediatur, de eo in sua die permittitur

una Missa in cantu, vel commemoratio in Missa cantata diei currentis, iisdem conditionibus quibus permittitur Missa votiva cantata pro re gravi, ut supra, tit. III.

Idem servatur in ecclesiis, ubi *cum magno populi consursu, cuius rei index erit Ordinarius*, celebretur festum, quod fransferri aut commemorari vel accidentaliter omitti debeat, aut de Mysterio, Sancto vel Beato, cuius mentio illa die fiat in Martyrologio vel in eius appendice pro respectivis ecclesiis approbata. Huiusmodi tamen Missa dicenda est cum commemorationibus, quae respondeant ritui duplici I vel II classis, si sub hoc ritu festum in proprio Calendario fuerlt inscriptum; secus cum omnibus commemorationibus, quae respondeant ritui duplici maiori et minori congruentibus.

II. Si in aliqua Dominica reponatur solemnitas externa festi Patroni principalis, aut Tituli vel Dedicationis propriae ecclesiae, aut etiam Tituli vel Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis, quod infra praecedentem hebdomadam occurrerit, cani potest Missa de solemnitate translata, et de ea pariter legi potest unica Missa, nisi occurrat Dominica maior vel duplex I classis; quo in casu in Missa de die additur oratio de solemnitate externa impedita, uti dictum est de Missa votiva cantata pro re gravi sub tit. III.

III. Solemnitas externa Festorum, quae olim (scl. ad 28 Oct. 1913) alicui Dominicae minori

per annum perpetuo affixa erant, eo modo celebrari potest, ut de Festis dupl. I cl. et Festo SS. Rosarii B. M. V. permittantur omnes Missae, de Festo vero dupl. II cl. una ttum M. solemnis vel lecta. Quodsi in eadem Dominica Festum dupl. I cl. celebretur, pro Missis de solemnitate externa, quae secus essent permissae, dicitur Oratio in Missa diei currentis sub unica conclusione.

In Missis Festorum dupl. I class. fit Commemoratio Festi dupl. II. classis et cuislibet Dominicae; in Missis vero Festorum dupl. II cl. insuper de quolibet Duplici vel Semiduplici et de Octavis privilegiatis, ac in Missis privatis etiam de Simplici quolibet.

Parochus non prohibetur amplius celebrare Missam de Festo, cuius externa solemnitas agitur, et hanc Missam pro parochianis applicare potest.

IV. **De festis duplicibus** maioribus vel minoribus aut semiduplicibus, impeditis sive perpetuo sive accidentaliter, dici possunt Missae etiam privatae ad libitum sacerdotis, dummodo Officium impediens non fuerit:

1° Duplex I vel II classis;

2° Dominica quaevis, licet anticipata vel, etiam quoad Officium, reposita;

3° Octava Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi;

4° Dies octava privilegiata III ordinis, v. g. Ascensionis;

5° Feria IV Cinerum, fer. II, III, IV Mai. Hebdom.;

6° Vigilia Nativitatis Domini, Epiphaniae et Pentecostes.

V. **De quovis Officio** ad Laudes commemorato, aut de Mysterio, Sancto vel Beato, cuius mentio illa die fiat in Martyrologio vel in eius appendice pro respectivis ecclesiis approbata, dici possunt ritu festivo Missae etiam privatae singulis diebus, praeterquam:

1° In Officiis duplicibus;

2° In quavis Dominica etiam anticipata, vel, licet quoad solam Missam, primo reposita;

3° In octavis privilegiatis: nempe Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi;

4° Toto tempore Quadragesimae;

5° In feriis Quatuor Temporum;

6° In feria II Rogationum;

7° In qualibet Vigilia.

V.

De Missis privatis ad libitum in feriis aut vigiliis.

In feriis Quadragesimae, Quatuor Temporum, II Rogationum, et Vigiliis, si occurrat Officium duplex aut semiduplex (non tamen si occurrat duplex I aut II classis, aut Octava privilegiata II

ordinis, v. g. Corporis Christi), Missae privatae dici possunt ad libitum sacerdotis aut de Officio diei cum commemoratione Feriae vel Vigiliae, aut de Feria vel Vigilia cum commemoratione Officii diei.

Item prima infra hebdomadam die, in qua resumitur Missa alicuius Dominicae ab Officio nobil'ori impeditae, Missae privatae dici possunt aut de Officio diei cum commemoratione Dominicae, aut de ipsa Dominica cum commemoratione Officii diei.

VI.

De oratione Quadraginta Horarum

I. Missa expositionis et repositionis SS. Sacramenti pro oratione Quadraginta Horarum regulariter canitur in altari, in quo exponendum vel expositum est Ss. Sacramentum.

II. Dicitur Missa votiva Ss. Sacramenti cum *Gloria*, *Credo* et Praef. Nativit. — Fiunt tantum commemorationes, quae faciendae sunt in Missa votiva cantata pro re gravi, ut supra, tit. III.

III. Infra Octavam Ss. Corporis Christi Missa erit de eadem Octava cum Sequentia.

IV. In Dominicis vero privilegiatis I et II class., in Festis I et II class., fer. IV Cinerum, feriis II, III et IV. Maioris Hebdomadae, omnibus diebus Octavae Epiphaniae, Paschatis et Pentecostes, Vigiliis Nativitatis Domini et Pentecostes, et octava propria privilegiata II ordinis, canenda est Missa

diei currentis cum oratione Ss. Sacramenti sub unica conclusione cum prima oratione. Quod si festum I et II class. aut octava propria privilegiata sit de Passione, Cruce, Ss. Redemptore, Ss. Corde Iesu et Pretiosissimo Sanguine, omittenda est commemoratio Ss. Sacramenti, ob identitatem Mysterii.

V. Missa pro pace non est canenda in altari, in quo est expositum Ss. Sacramentum, neque in illo, ubi asservatur in tabernaculo. Haec Missa erit sine *Gloria*, cum *Credo* et cum oratione Ss. Sacramenti sub unica conclusione cum prima oratione. In diebus exceptis § IV Missa erit ut supra cum oratione pro pace sub unica conclus., omissa orat. Ss. Sacramenti. Infra octavam Ss. Corpor. Christi dicitur Missa ut supra § III, addita oratione pro pace sub unica conclusione.

VI. Missae privatae tempore expositionis dicuntur de Festo vel Officio occurrenti cum orat. Ss. Sacramenti post omnes orationes a rubrica praescriptas. Diebus vero dupl. I et II cl. omittitur collecta Ss. Sacramenti. In his Missis non pulsatur campanula ad elevationem. Diebus autem a rubric. permissis conveniens esset dicere Missam votivam Ss. Sacramenti, quae celebrat. in param. *c. alb.* sine *Gloria* et sine *Credo* cum 2. orat. diei current., 3. quae 2. loco dicenda esset, Praefat. Nativit., et *Benedicamus Domino* in fine.

VII. Si in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum fiat expositio aut repositio Ss. Sacramenti pro oratione *40 Horarum*, non amplius

licet celebrare unicam Missam solemnem de Ss. Sacramento (vel de pace), sed huiusmodi expositio sequatur, repositio vero cum processione praecedat Missam cantatam de die Commemorationis omnium fidelium defunctorum.

VIII. Sacerdos celebraturus, calicem gestans, transiens ante Ss. Sacramentum publicae venerationi expositum, genuflectat prius, deinde detegat caput, adoret, cooperiat caput, surgat.

VII.

De Missa votiva SS. Cordis Iesu.

Hanc licet celebrare prima cuiusvis mensis feria VI in ecclesiis et oratoriis, ubi peculiaria exercitia pietatis in honorem divini Cordis *approbante loci Ordinario* mane peraguntur. Prohibetur

1° in festis Christi Domini;
2° in festo Purificationis B. M. V.;
3° in duplicibus I classis;
4° in Vigilia Epiphaniae;
5° feria VI in Parasceve;
6° infra octavas Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, aliasque octavas alicubi privilegiatas;
7° in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum;

8° diebus festivis, etiam suppressis, in ecclesiis parochialibus unam tantum Missam habentibus.

Feria VI post octavam Ascensionis, si iuxta rubricas de ea fiat Officium et Missa, Missa erit dicenda de ipsa feria VI post octavam Ascensionis cum iisdem privilegiis Missae votivae de Sacratissimo Corde Iesu.

Haec Missa celebratur cum *Gloria* et *Credo*: et in ea fiunt tantum commemorationes quae faciendae sunt in Missa votiva cantata pro re gravi, ut supra, tit. III. Ad introitum vero, offertorium et communionem, extra tempus paschale, omittuntur *Alleluia*.

VIII.

De Missa votiva pro Sponsis.

Permittitur quotidie per annum extra tempus clausum, nempe a Nativitate Domini exclusive ad feriam IV Cinerum exclusive et a die Paschatis exclusive ad I^{am} Dominicam Adventus exclusive. Permittitur etiam tempore clauso, quoties Ordinarius loci ex iusta causa benedictionem nuptialem permiserit. Prohibetur tamen:

1° diebus Dominicis et festivis de praecepto, etiam suppressis;

2° in duplicibus I et II classis;

3° in Vigiliis Nativitatis, Epiphaniae et Pentecostes;

4° infra octavas Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes et Corporis Christi;

5° in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum;

6° in feriis privilegiatis, nempe: feria IV Cinerum, feria II, III et IV Mai. Hebdomadae;

7° diebus Rogationum, si fiat processio, in ecclessis unam tantum Missam habentibus.

Haec Missa dicitur sine *Gloria* et sine *Credo*, cum *Benedicamus Dmno* in fine. Tres extra hebdomadam Passionis dicuntur orationes; si vero celebretur in festo ritus duplicis, fiunt tantum commemorationes occurrentes, et omittitur tertia oratio de tempore.

Diebus ut supra impeditis, etiam tempore clauso, si intercedat Ordinarii loci permissio, legitur Missa de die cum commemoratione pro sponsis sub unica conclusione cum prima, ac datur benedictio pro eis propria, praeterquam in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, in qua et Missa et oratio et benedictio prohibetur.

IX.

De Missis votivis cantatis pro re non gravi.

Missae votivae cantatae, quamvis non sint pro re gravi, permittuntur quandocumque non occurrit Officium duplex, aut Dominica quaevis, licet anticipata vel, etiam quoad Officium, reposita; sed prohibentur:

1º feria IV Cinerum; fer. II, III et IV Maioris Hebdomadae;

2º in vigiliis Nativitatis, Epiphaniae et Pentecostes;

3º infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, aliasque octavas alicubi privilegiatas;

4º in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, diebus Rogationum, si fiat processio, et ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

X.

De Missis votivis sine cantu.

Missae votivae sine cantu permittuntur, ex rationabili tamen causa, quandocumque non occurrit Officium duplex, aut Dominica quaevis, licet anticipata vel, etiam quoad Officium, reposita; sed etsi dicantur pro aliqua causa gravi, prohibentur:

1º in feriis Quatuor Temporum; in feriis Adventus a die 17 ad 23 decembris inclusive; a feria IV Cinerum usque ad feriam IV Maioris Hebdomadae inclusive; in feria II Rogationum (non autem in feria VI post octavam Ascensionis);

2º in omnibus vigiliis;

3° infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, aliasque octavas alicubi privilegiatas;
4° diebus octavis simplicibus (v. g. diebus 2, 3, 4 ianuarii), etiamsi tantum commemoratis;
5° diebus, in quibus primo resumitur Missa Dominicae impedita;
6° in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, diebus Rogationum, si fiat processio, et ubi cuiuslibet Missae conventualis onus urgeat, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

XI.

De Missis defunctorum pro diebus privilegiatis.

I. Missa unica cantata (vel etiam, pro pauperibus, lecta) *pro die obitus*, etiam absente rationabilem ob causam vel iam sepulto cadavere, permittitur in ecclesia, ubi exequiale funus defuncti agitur, sed prohibetur:

1° In festis Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes, Ss. Trinitatis, Corporis Christi, Conceptionis Immaculatae, Annunciationis et Assumptionis B. M. V., Dedicationis S. Michaelis Archangeli, Nativitatis S. Ioannis Baptistae, S. Ioseph (19 martii, ac feria IV infra hebdomadam II post octavam Paschae), Ss. Petri et Pauli, Omnium Sanctorum, et ultimo triduo maioris hebdomadae,

non autem feriis II et III post Pascha et Pentecosten.

2° In festis Dedicationis ac Tituli ecclesiae ipsius, in qua funus agi deberet.

3° In festo Patroni principalis loci, et, pro religiosis Institutis, in festis Tituli ac Sancti Fundatoris Ordinis seu Congregationis.

Si solemnitas externa horum festorum fuerit in Dominicam translata, Missa exequialis prohibetur tantum in Dominica, in qua agitur solemnitas.

Quoties haec Missa ut supra impeditur, transferri potest in proximiorem sequentem diem similiter non impeditam.

Quod si in die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum agatur exequiale funus alicuius defuncti, sumatur prima Missa, et in ecclesiis et oratoriis ubi prima Missa solemniter celebrata fuerit, aut pro Officio diei distincte sit dein celebranda, dicatur secunda, aut demum tertia Missa: addita tamen in ipsa Missa exequiali, sub unica conclusione, oratione pro eodem defuncto, ut pro die obitus.

II. Missae privatae in ecclesia aut oratorio publico, ubi exequiale funus defuncti solemniter agitur, dici possunt de requie pro die obitus ut supra (dummodo pro ipso defuncto applicentur); prohibentur vero:

1° in Dominicis aut festis de praecepto, licet suppressis;

2° in duplicibus I vel II classis, etiam translatis;
3° in Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum;
4° in Vigiliis Nativitatis, Epiphaniae et Pentecostes;
5° Feria IV Cinerum, II, III et IV Maioris Hebdomadae;
6° infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschae, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, aut alias octavas alicubi privilegiatas.

Huiusmodi Missae privatae pariter celebrari possunt, unica die ad libitum, ab obitu usque ad depositionem defuncti in oratoriis semipublicis, quae deficiente ecclesia vel oratorio publico, horum locum teneant; necnon quotidie per idem tempus in oratoriis semipublicis, quae locum ecclesiae vel oratorii publici non teneant, et in oratoriis stricte privatis domus defuncti, dummodo cadaver sit physice praesens in domo, ubi erecta sunt ipsa oratoria, et dies impedita non occurrat.

III. Missa unica cantata vel lecta in die III, VII, XXX et anniversaria ab obitu vel depositione defunctorum et opportuniori die post acceptum mortis nuntium, permittitur in qualibet ecclesia, dummodo non occurrant dies, qui Missas privatas pro die obitus, ut supra, impediant; quo in casu, huiusmodi Missa in proximiorem diem pariter non impeditam anticipari, si anticipari valeat, aut transferri potest, dummodo in cantu celebretur.

Idem servatur pro unica Missa cantata in *anniversariis*, quae extra diem obitus ex fundatione celebrantur, vel quae pro omnibus defunctis alicuius coetus semel quolibet anno habentur.

Idem quoque servatur pro Missis, quae *per octiduum a Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum* inclusive computandum, pro fidelium pietate pariter in cantu peraguntur; quae tamen Missae extra octiduum ipsum anticipari et transferri nequeunt.

Item, in *ecclesia* vel oratorio publico ac principali *sepulcreti*, immo et in quolibet sacello sepulcreti rite erecto vel erigendo, Missae quae inibi celebrari permittuntur, possunt esse de requie; dummodo non occurrat Dominica, aut festum de praecepto, licet suppressum, duplex I vel II classis, etiam translatum, aut aliqua ex Feriis, Vigiliis vel Octavis privilegiatis (ut supra). Hoc tamen privilegium non favet aliis ecclesiis vel capellis extra coemeterium, subter quas, licet ad legitimam distantiam, alicuius defuncti cadaver quiescit; neque ecclesiis, oratoriis publicis et sacellis sepulcreti in quo olim cadavera sepeliebantur, quod sepulcretum tamen qualibet ex causa derelictum est, ita ut defuncti sepeliri in eo non amplius soleant; neque ecclesiis, quae, licet circumiacens habeant coemeterium, tamen adiunctum chorale onus, aut curam animarum adnexam habent.

XII.

De Missis quotidianis Defunctorum.

I. Missae quotidianae defunctorum sine cantu celebrari possunt quandocumque non occurrit Officium duplex aut Dominica quaevis, licet anticipata vel, etiam quoad Officium, reposita; prohibentur tamen:

1° infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, aliasque octavas alicubi privilegiatas;

2° toto quadragesimali tempore, excepta in unaquaque hebdomada, post feriam IV Cinerum, prima die libera a festo ritus duplicis, a feria Quatuor Temporum, a vigilia quavis et a feria privilegiata;

3° in feriis Quatuor Temporum; in feriis Adventus a die 17 ad 23 decembris inclusive; in feria II Rogationum (non autem in feria VI post octavam Ascensionis);

4° in omnibus vigiliis;

5° diebus octavis simplicibus (v. g. diebus 2, 3, 4 ianuarii), etiamsi tantum commemoratis;

6° diebus, in quibus primo resumitur Missa Dominicae impedita.

II. Missae quotidianae defunctorum in cantu permittuntur quandocumque non occurrit Officium

duplex aut Dominica quaevis, licet anticipatia vel, etiam quoad Officium, reposita; sed prohibentur:

1° infra octavas Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, aliasque octavas alicubi privilegiatas;

2° in feria IV Cinarum; feriis II, III et IV Maioris Hebdomadae;

3° in vigiliis Nativitatis, Epiphaniae et Pentecostes.

Attamen ex privilegio Dioecesi concesso (S. R. C. 15 Dec. 1879) in omnibus Ecclesiis parochial. celebrari possunt cum cantu praefatae Missae in tribus diebus determinandis cuiuslibet hebdomadae, dummodo non occurrat Duplex I vel II cl. etiam translat., privilegiata Feria, Vigilia et Octava.

XIII.

De qualibet Missa defunctorum.

Quaelibet Missa defunctorum etiam in die aut pro die obitus, in ecclesiis, ubi habeatur expositio Ss. Sacramenti, prohibetur toto expositionis tempore, praeterquam Missae de Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum.

Prohibetur insuper quoties urgeat obligatio Missae conventualis vel parochialis, cui per alios sacerdotes satisfieri nequeat.

Item in ecclesiis unam tantum Missam habentibus, prohibetur die 2 februarii, feria IV Cinerum, Dominica Palmarum et in vigilia Pentecostes, si respective fiat benedictio candelarum, cinerum, palmarum aut fontis baptismalis, et in Litaniis maioribus et minoribus, si fiat processio.

XIV.

De Missis conventualibus in choro dicendis.

I. In omnibus feriis Quadragesimae ac Passionis, in feriis Quatuor Temporum et in vigiliis communibus, si fiat officium de festo duplici I vel II classis aut de octava privilegiata II ordinis (v. g. Ss. Corporis Christi), Missa conventualis in choro, cum assistentia choralium, dicenda est de officio currenti; altera vero Missa de feria aut vigilia legitur extra chorum, sine huiusmodi assistentia.

II. In iisdem feriis et vigiliis communibus, si fiat officium de festo duplici maiori vel minori vel semiduplici, Missa conventualis cum assistentia choralium dicitur de feria aut vigilia; altera vero Missa de officio currenti legitur extra chorum.

III In diebus Litaniarum tam maiorum quam minorum, si fiat processio et officium fuerit de festo duplici I vel II classis aut de octava Paschatis, Missa conventualis tam de officio diei quam de Rogationibus dicitur in choro, cum assistentia choralium. Si vero fiat processio et officium fuerit de festo duplici maiori vel minori aut semiduplici, in

choro dicitur Missa de Rogationibus, et extra chorum, tam Missa de officio diei quam Missa de vigilia Ascensionis.

IV. In anniversariis *electionis* (vel translationis) et *consecrationis Episcopi*, in ecclesia cathedrali et in ecclesiis collegiatis dioecesis, praeter Misam conventualem de die, accedente quidem Episcopi mandato, in choro canitur etiam Missa de ipso anniversario, ad normam Missae votivae cantatae pro re gravi, ut supra, tit. III.

XV.

De collectis in Missa dicendis.

I. Collectae ab Ordinario imperatae *pro re non gravi*, prohibentur:

1° in duplicibus I et II classis;

2° in Dominicis I et II classis;

3° in vigiliis Nativitatis, Epiphaniae et Pentecostes;

4° in feria IV Cinerum, feriis II, III et IV Maioris Hebdomadae;

5° infra octavas Nativitatis Domini, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes et Corporis Christi, aliasque octavas alicubi privilegiatas;

6° in Missis votivis cantatis pro re gravi vel celebratis ad instar earumdem Missarum pro re gravi;

7° quoties in Missa, iuxta rubricas, iam quatuor orationes dictae sint;

8° si collectae imperatae sint *pro defunctis*, prohibentur in omnibus Missis, quae de officio duplici vel semiduplici aut cum alterutrius commemoratione celebrentur, in Missis festorum simplicium et ferialibus tempore paschali, atque in Missis de requie unam tantum orationem admittentibus.

II. Collectae ab Ordinario simpliciter imperatae *pro re gravi*, omittuntur tantum:

1° in duplicibus I classis;

2° in Dominica Palmarum;

3° in vigiliis Nativitatis et Pentecostes.

III. Collectae ab Ordinario imperatae *pro re gravi* etiam in duplicibus I classis, omittuntur tantum:

1° in festis Nativitatis Domini, Epiphaniae, Paschatis, Ascensionis, Pentecostes (non autem feriis II et III Paschatis et Pentecostes), Ss. Trinitatis et Ss. Corporis Christi;

2° in ultimo triduo Maioris Hebdomadae.

Nota. — Collectae ab Ordinario imperatae numquam plures sint quam duae neque ponantur sub unica conclusione cum oratione Missae, sed dicendae sunt *ultimo loco* post orationes a rubricis praescriptas, vel *loco orationis ad libitum* pro

diversitate temporum assignatae. Et, si iussa fuerit oratio contra persecutores Ecclesiae vel pro Papa, in diebus in quibus alterutra a rubricis praescribitur, unica oratione utrumque adimpletur praeceptum.

In Dioecesi nostra *orationes imperatae* (simpliciter, non pro re gravi) hoc anno erunt: Feria II et V pro omni gradu Ecclesiae, quae est 3 ad diversa, Feria III et VI pro Papa (ibid. nr. 4), Feria IV et Sabbato pro seipso Sacerdote, quae est 20 ad diversa, die Dominica nulla datur or. imperata.

XIV.

De orationibus ad libitum in Missa dicendis.

I. Diebus ritus *simplicis* exceptis feriis privilegiatis (nempe feria IV Cinerum, feriis II, III et IV Maioris Hebdomadae), in Missis *lectis*, non tamen conventualibus, sive de occurrenti officio sive votivis, plures orationes ad Celebrantis libitum dici possunt, et in iis, extra tempus paschale, etiam oratio pro defunctis apponi, dummodo orationes huiusmodi post orationes a rubricis praescriptas et collectas ab Ordinario imperatas locum habeant, et cum eis *septenarium* numerum non excedant, atque *imparem* numerum retineant vel inducant; et oratio pro defunctis *penultimum* semper locum inter alias occupet.

II. In *anniversario propriae ordinationis sacerdotalis*, a die fixa mensis computando, si vigilia Nativitatis vel Pentecostes, Dominica Palmarum aut duplex I classis non occurrerit, secus autem in proximiori sequenti die similiter non impedita, cuivis Sacerdoti licet, extra Missas defunctorum et post orationes a rubricis praescriptas, addere orationem *pro seipso Sacerdote*, ut inter orationes diversas sub n. 20.

XVII.

Sequentia

Lauda Sion omitti potest infra Octavam, non autem in die Octava Corporis Chr., in Missis privatis lectis, in cantatis vero necessario dicenda est.

XVIII.

De Evangelio in fire Missae.

Sec. novas Rubricas si in fine Missae non sit legendum Evangelium Dominicae, Feriae aut Vigiliae, legitur Evangelium Officii commemorati, quod proprium Evangelium habet (i. e. non de Communi Sanctorum desumptum vel der Octavam e Festo repetitum.)

Decretum S. R. C. de die 29 Aprilis 1922.

De Evangeliis stricte propriis in fine Missae legendis:

Expostulatum est a S. R. C.: „Quaenam sint in Missali Romano, editionis typicae, Evangelia stricte propria in fine

Missae legenda, iuxta novas eiusdem Missalis Rubricas generales (tit. IX. n. 3)"

Et Sacra eadem Congregatio... ita respondendum censuit:

I. Evangelia stricte propria habent sequentes Missae de Mysteriis, Festis seu Personis, quae dignitate pollent; nempe:

a) *Domini*, excepta Missa Dedicationis Ecclesiae, cum Evangelio: *Ingressus Iesus*;

b) *B. Mariae Virginis*, excepta Missa Assumptionis ipsius B. M. V., cum Evangelio: *Intravit Iesus in quoddam castellum*;

c) Sanctorum Archangelorum et Angelorum Custodum;

d) S. Ioannis Baptistae et S. Ioseph, Sponsi B. M. V.;

e) Sanctorum XII Apostolorum.

II. Item Evangelia stricta propria exhibent Missae Ss. Innocentium Mm., S. Mariae Magdalenae Poenitentis, S. Marthaé Virg., Commemoratio Omnium SS. Summorum Pontificum, atque omnes Missae votivae, quae in ipso Missali primo loco exstant; non vero Missae votivae *ad diversa*, quae incipiunt a Missa *pro eligendo Summo Pontifice*, etc.

XIX.

Oratio „Fidelium"

pro Defunctis in Missis non Defunctorum praescripta quibusdam diebus, dicenda est paenultimo loco inter omnes Orationes, comprehensis iis, quae ad Celebrantis libitum sint dicendae, non omissa ob eam ulla ex Orationibus pro diversitate temporum assignatis.

Hinc v. gr. die 13 Februarii 1 or. erit de feria, 2 *A cunctis*, 3 *Fidelium*, 4 ad libitum.

Si autem praescripta est etiam ab Ordinario oratio aliqua imperata, quia haec or. imperata sub-

stitui potest (sed non debet) or. ad libitum, hinc in tali casu sequens erit Orationum series:

1 de feria, 2 *A cunctis*, 3 *Fidelium*, 4 or. imperata.

XX.

Commemoratio SS. Sacramenti

1. *Debet dici*: in omnibus Missis cantatis ad altare expos tionis.

2. *Potest dici*: in omnibus M. lect's, quae, dum SSmum expositum manet, celebrantur sive ad altare expositionis, sive ad aliud.

3. *Nequit dici*: a) in omnibus M., sive lectae sint sive cantatae, si celebrantur de Ss. Corde Iesu, de Pretios, Sanguine, de S. Cruce; b) in M. lectis, si occurat dx. 1. vel 2. classis, Vigilia Nativitatis aut Pentecostes, Dominica Palmarum, etiamsi ad altare expositionis celebrentur.

Nota. 1. Haec oratio dicitur post omnes a Rubricis praescriptas, sed ante imperatas.

2. In Festis dupl. I. et II. clas., si nulla occurat Commemor., item in Vig. Nativ. et Pentec. ac Dom. Palmarum or. de SSmo dicitur sub una conclusione cum or. diei; in aliis vero Festis minoris ritus semper additur sub distincta conclusione, etiamsi nulla sit Commemoratio, v. gr. in die octava Epiphaniae.

XXI.

Mutata Rubrica

Ritus in celebr. Missae serv. Tit. XII, n. 6. In recessu ab altari post Missam facienda est profunda inclinatio non capitis, sed *corporis*, uti fit in accessu ad altare.

INDEX FESTORUM SUPPRESSORUM,

in quibus per se quidem Rectores parochiarum pro populo applicare tenentur, attamen, vi indulti a S. Sede Apostolica Excmo Ordinario loci concessi, non *pro populo*, sed *secundum intentionem eiusdem Excmi Praesulis* Sacrum litare debent

1.	Purificatio BMV.	2 Febr.
2.	S. Matthiae Ap.	24 Febr.
3.	Annuntiatio BMV.	25 Mart.
4.	Feria II Paschae	2 April.
5.	Feria III Paschae	3 April.
6.	Ss. Philippi et Iacobi Ap. .	1 Maii
7.	Inventio S. Crucis . . .	3 Maii
8.	Feria II Pentecostes . . .	21 Maii
9.	Feria III Pentecostes . . .	22 Maii
10.	Nativitatis S. Ioannis Bapt.	24 Iunii
11.	S. Iacobi Ap.	25 Iulii
12.	S. Annae Matris BMV. . .	26 Iulii
13.	S. Laurentii M.	10 Aug.
14.	S. Bartholomaei Ap. . . .	24 Aug.

15.	Nativitas BMV.	8 Sept.
16.	S. Matthaei Ap. et Ev. . .	21 Sept.
17.	Dedicatio S. Michael s Arch.	29 Sept.
18.	Ss. Simonis et Iudae Ap. .	28 Octobr.
19.	S. Andreae Ap.	30 Nov.
20.	S. Thomae Ap.	21 Dec.
21.	S. Stephani Protomart. . .	26 Dec.
22.	S. Ioannis Ap. et Ev. . .	27 Dec.
23.	Ss. Innocentium Mm. . .	28 Dec.
24.	S. Silvestri PC.	31 Dec.
25.	S. Patroni loci.	

O Mszach parafjalnych.

1-o Wszyscy kapłani diecezji Kamienieckiej mający obowiązek odprawiania Mszy św. za parafjan, przez cały 1923 rok **we wszystkie niedziele i święta, zarówno uroczyste jak i zniesione,** na mocy indultu od św. Kongregacji Soboru otrzymanego, aplikować mają Msze św. zamiast za parafjan, za intencje wyznaczone im przez Ordynarjat Kamieniecki, a jeśliby intencji wyznaczonych nie mieli, to na intencje od osób postronnych przyjęte, z warunkiem, by pobrane stypendja oddawane były na rzecz diecezji do rozporządzenia Napjrzewielebniejszego Ordynarjusza. Gdyby zaś brakło im za-

pasowych intencji, mają aplikować, w myśl prawa ogólnego, za parafjan, a Kurję Biskupią o braku tym zawiadomić.

2-o Wykaz Mszy odprawianych w dni powyższe, oraz pobranych stypendjów, ma być prowadzony w należytym porządku i niezależnie od księgi obligów kościelnej lub osobistej, tak aby każdej chwili mógł być łatwo skontrolowany. W razie wyjazdu z parafji na czas dłuższy, należy go mieć przy sobie.

3-o Odsyłanie pobranych pieniędzy do Kurji dieecezjalnej ma się odbywać bezpośrednio lub przez Dziekana, cztery razy do roku, co kwartał, a więc niebawem po ostatniej niedzieli lub święcie marca, czerwca, września i grudnia.

4-o **Co do Mszy pro benefactoribus (fortasse etiam pro fundatoribus), na mocy indultu Św. Kongr Sob z dn. 21 stycznia 1922 r. wystarczy dla zadośćuczynienia obowiązkowi odprawienie jednej Mszy św. w roku ad mentem tegoż indultu. Wszelkie możliwe opuszczenia z lat dawnych zostały darowane**

5-o Przypomina się Wielebnemu Duchowieństwu, iż w myśl prawa kościelnego, tak dawniejszego jak i obecnego, od obowiązku aplikowania Mszy św. za parafjan (względnie od odprawiania Mszy św. według intencji ofiarodawców z warunkiem oddawania stypendjów na Diecezję) nie zwalnia ani ubóstwo, ani cho-

roba, ani podróż, ani żadna inna przeszkoda. Kto więc w dniu oznaczonym Mszy św. odprawić nie może, ma ścisły obowiązek wyręczyć się innym kapłanem, a jeśli i to jest niemożliwem, w najbliższym dniu po terminie zadość uczynić obowiązkowi osobiście lub przez drugiego kapłana. Ktoby zaś, choćby wskutek nieświadomości, miał jeszcze z lat dawnych zaległe Msze św., obowiązany jest, co rychlej braki dopełnić, aplikując oczywiście w tym wypadku za parafjan.

DE ABSTINENTIA ET IEIUNIO.

Lex abstinentiae, (a septimo anno expleto per totam vitam servanda), vetat carne iureque ex carne vesci. Nunquam tamen, ne quidem fer. VI. in Parasceve, prohibentur ova, lacticinia et condimenta ex adipe etiam animalium.

Lex ieiunii, (ab expleto vicesimo primo anno ad sexagesimum inceptum servanda), praescribit, ut nonnisi unica per diem comestio fiat. Licet tamen, servata quoad quantitatem et qualitatem probata loci consuetudine, aliquid cibi mane et vespere sumere, serotinam refectionem cum prandio permutare, et carnes cum piscibus in eadem refectione permiscere.

Dies abstinentiae simul et ieiunii: Feria IV Cinerum, feriae sextae et sabbata Quadragesimae, omnes feriae Quatuor Temporum et quatuor pervigilia: Pentecostes, Assumptionis BMV., Omnium Sanctorum et Nativitatis DNIC.

Dies solius ieiunii (quibus carnibus vesci licet): reliquae Feriae Quadragesimae.

Dies solius abstinentiae: Reliquae feriae sextae per annum.

Lex abstinentiae et ieiunii omnino cessat: 1) Sabbato Sancto post meridiem; 2) occurente die Dominica vel aliquo festo de praecepto extra Quadragesimam, (pervigilia itaque non anticipantur).

Pro animabus sacerdotum

Dioecesis Camenecensis, necnon Luceoriensis et Żytomiriensis, anno 1922 defunctorum, singuli sacerdotes **quatuor Missas** de praecepto hoc anno vel ipsi celebrent, vel celebrare faciant.

Adnotationes maxime necessariae ad rectam huius Kalendarii intelligentiam.

1. Praesens Kalendarium redactum est ad tramitem novarum Rubricarum. Ad rectam igitur

Divini Officii recitationem necessarium omnino est, ut quisque Sacerdos utatur aut *novo Breviario*, aut saltem fasciculo, cui titulus *Variationes in Divino Officio recitando*, et alio, qui inscribitur „Lectiones contractae". Qui hoc ultimo caret, debebit, quotiescumque assignatur 9 l. de Sancto, qui in Breviario habet 3 lect., legere unam e tribus coniunctam.

2. Cuilibet Officio praeponitur numerus (v. gr. *1*, *12*, *6*, etc.), qui indicat schema, secundum quod Officium recitandum est. Schemata haec ponuntur numero 20 pag. 8—24.

3. Lectio IX. simplicis aut simplificati, Suffragium, Preces et Symbolum Athanasianum adiungenda sunt tantummodo, quando adnotatur.

4. In simplicibus novem Antiphonae et Psalmi de feria dicuntur continuatim, omissis Vers. 1. et 2.

5. Gl. dicitur, quando ad Matut. dic. *Te Deum*, dummodo Missa cum Officio concordet; Cr. vero dicendum semper indicatur.

6. Signa †, *, ** in margine posita significant:

a) † nullam Missam de Requiem posse celebrari, ne praesente quidem corpore;

b) * unam tantum posse celebrari Missam exequialem, praesente saltem moraliter corpore;

c) ** celebrari posse Missas *cantatas votivas* et *Requiem*, minime vero lectas.

Haec tamen intelliguntur extra dies Dominicos ac Festos, etiam suppressos, nec non in Ecclesiis, ubi unus ttm adest Sacerdos, etiam extra dies

S. Marci et Rogat., si fiat processio, ac Feria IV Cinerum.

Diebus, qui neque † neque * vel ** signantur, licet *cantare* unam Missam Requiem, sive exequialis sit, sive post acceptum nuntium de alicuius obitu, sive ratione anniversarii, aut diei 3, 7 vel 30 ab obitu vel depositione. Notandum est etiam has omnes Missas vi novarum Rubricarum posse cantari *vel* legi.

Qui *probabilius* iudicaverit, **errare kalendarium**, huic stare tenetur, non vero debet proprio inhaerere iudicio quoad Officium (commmemorationes, lectiones), Missam, paramentorum colorem. (Decr. auth. S. R. C. nr. 4031).

A. D. 1923.

Dies lunae in Martyrologio nuntiatur hoc anno littera n.

IANUARIUS

1	II	a	*1*. **CIRCUMCISIO DNICH** *). d. 2 Cl. ll 1 N. e Variat. *Dox. B.* usque ad 1 V. Epiph. exclus. Cr. PN. *OIG.* — V. sine c. = Cras promulg. festum Epiphaniae Sabb. celebrandum.	✝
2	III	a	*1*. **SS. Nominis Iesu,** d. 2 Cl. (antea D. 2 p. Epiph.) In L. et M. lectis cO S. Stephani (or. pr.) Cr. PN. *Communicantes* abhinc solit. *OIO.* — V. sine c.	*
3	IV	a	*4*. Octava S. Ioannis Ap., spx. ll. e Variat. In M. 2 or. *Deus qui sal.*, 3. *Eccles.* PA. — Vs.	**
4	V	r	*4*. Octava SS. Innocentium Mm., spx. ll. e Variat. In M. 2 et 3 or. ut heri. PN. —	**

*) His typis notantur Festa de praecepto.

				1. Vs (Ant., Ps. et hymnus e 1 V. Circumc., Cap. e L.) cS. Telesphori.
*	5	VI	a	*Vigilia Epiphaniae (2 Cl.)* *l*. De ea, sd. cS. Telesphori. In M. 3 or. *Deus qui salutis*. Cr. PN. *OIO*. Pro *M. vot. Cordis Iesu* celebr. M. Vigiliae, sed sine ulla com., (nisi de SSmo sub una concl.) — *1*. Vs. *Dox. pr.* = **Cras colligitur eleemosyna pro missionibus exter.**
†	6	S	a	*1*. **EPIPHANIA DOMINI,** d. 1 Cl. cum O. privileg. II ordinis. Offic. post *Pater, Ave, Credo* incip. ab Ant. *Afferte*. Rsp. 1 *Hodie in Iordane*. Ad Prim. Vrs. *Qui apparuisti hodie* (per O.) Cr., Praef. et *Communic.* pr. per O. *OIO. etiam in d. 1 Cl. dicendae.* Ante M. princip. benedictio auri, thuris, myrrhae et cretae. — In Vcs, D. *Dox. propria.*
*	7	**D**	a	**INFRA O. (I. p.) EPIPH.** *l*. **S. Familiae Iesu Mariae Ioseph,** dm. *Offic. nov.* Ad L. cD, O. Ad Prim. Vrs. *Qui Mariae et Ioseph* etc. In M. cD, O. Cr. Praef. et *Communic.* Epiph. *Non legitur 9lh. nec UED. OIO.* — In V (Ant. e 1 V.), cs (e 1V.), D.
*	8	II	a	*1*. De III die infra O., sd. ll. 1 N. D. infra O. (*Incip. 1 Cor.*, de qua deinceps legendum) cum suis Rsp. In M. 2 or. D. infra O., 3. *Deus qui salutis.* Cr.

			OIO. — *M. ad libit.* *) de D. Gl. 2 or. O., 3. *Deus qui salutis.* Cr. *OIO.* — V. de O.	
9	III	a	De IV die infra O., sd. In M. 2 et 3 or. ut 3 h. Cr. *OIO.* — V. de O.	*
10	IV	a	*1.* De V die infra O., sd. In M. 2 et 3 or. ut 3 h. Cr. *OIO.* -- In VcS. Hygini.	*
11	V	a	*1.* De VI die infra O., sd. cS. Hygini. In M. 2 or. S. Hygini, 3. *Deus qui salutis.* Cr. *OIO.* — V. de O.	*
12	VI	a	*1.* De VII die infra O., sd. ll. 2 et 3 N., item Ant. ad *Benedict.* novae. In M. 2 et 3 or. ut 3 h Cr. *OIO.* — Vs (1 V., or. pr.)	*
13	S	a	*1.* Octava Epiphaniae Dmni, dm. Rsp. 1 *Hodie in Iordane.* In M. pr. Cr. *OIO.* — In Vcs, S. Hilarii (d. *amS.*), S. Felicis.	*
14	**D**	vir	**II p. EPIPH.** *6.* De ea, sd cS. Hilarii, S. Felicis. Cr. PT. — In Vcs, S. Hilarii, S. Mauri.	*
15	II	a	*3.* S. Pauli I Erem., d. 9 l. et cS. Mauri. — In Vcs.	
16	III	r	*3.* S. Marcelli, sd. Sf. Prc. In M. 2 et 3 or. ut 3 h. — Vscp.	
17	IV	a	*3.* S. Antonii Abb., d. — *1.* VscS. Pauli, p. S. Priscae.	

*) In Eccl. Cath. haec M. dic. tamquam Convent.

18	V	a	*1.* Cathedra S. Petri Romae, dm. cS. Pauli, S. Priscae (*cum 9 l.*) Cr. PA. — In VcS. Paul', s, S. Canuti.
19	VI	r	*4.* SS. Marii et Socior., spx. cS. Canuti. Sf Prc. In M. 3 or. *Deus qui salutis,* cuius Secr. mut. in *Tua Dmne* (e M. *Salve*). — *3.* Vs.
20	S	r	*3.* SS. Fabiani et Sebastiani, d. — *6.* Vscp, S. Agnetis (d. *amS.).*
*21	**D**	vir	**III p. EPIPH**. *6.* De ea, sd. cS. Agnetis (*sine 3 or*) Cr. PT. — In Vcs, S. Agnetis.
22	II	r	*3.* SS. Vincentii et Anastasii, sd. Sf. Prc. In M. 2 et 3 or. ut 3 h. — VdcS. Emerentianae. Sf. Prc.
23	III	a	*3.* S. Raymundi de Pennafort, sd. 9l. et cS. Emerentianae. Sf. Prc. In M. 3 or. *Deus qui salut.* — Vscp.
24	IV	r	*3.* S. Timothei, d. — *1.* VscS. Petri, p.
25	V	a	*1.* Conversio S. Pauli, dm. cS. Petri. Cr. PA. — In VcS. Petri, s.
26	VI	r	*3.* S. Polycarpi, d. — Vd.
27	S	a	*3.* S. Ioannis Chrysost., d. Cr. — *7.* Vscp, S. Agnetis secundo. Ad *Benedicamus Dmno* additur duplex *Alleluia,* quod abhinc non pronuntiatur amplius nec in Officio nec in Missa; eius vero loco in principio omnium Ho-

			rarum dicitur: *Laus tibi, Dmne, Rex aeternae gloriae.*
			= Cras annut. Festum Purificat. BMV. feria VI occurrens, quod tamen de praecepto non obligat.
28	**D**	v	**SEPTUAG.** (*2 cl.*) 7. De ea, sd cS. * Agnetis. Sf. Prc. In M. (*sine* Gl.) 3 or. *Deus qui salutis.* Cr. PT. *OIO.* — In Vcs.
			= Abhinc in M. fest. et votivis post Graduale loco *Alleluia* cum Vrs. sequ. dicit. Tractus, quod servatur usque ad D. Palmar.
29	II	a	*3.* S. Francisci Salesii, d. Tr. Cr. — In Vcs.
30	III	r	*3.* S. Martinae, sd. Sf. Prc. In M. 2 et 3 or. ut 3 h. Tr. — Vscp.
31	IV	a	*3.* S. Petri Nolasco, d. Tr. — Vd.

FEBRUARIUS

(a) (b) (c) ut mense Martio.

1	V	r	*3.* S. Ignatii Mart., d. Tr. — *1.* Vscp. *Dox. B.*
2	VI	a	***PURIFICATIO B. M. V.*** *), d. 2 Cl. Tr. *

*) His typis notantur Festa suppressa *post promulgationem Codicis Iuris canonici,* quibus nihil immutetur quoad externam solemnitatem hucusque servatam. *De applicanda Missa a parochiarum Rectoribus* cfr. pag. 52.

			Cr. PN. *OIO*. Ante M. principalem bened. candelarum, dein processio. — *M. vot. Cord. I. celebrari nequit.* V. sine c. Post Complet. Ant. *Ave Regina*. Cras etiam *Dox. B.*
3	S	a	*5*. De S. Maria in Sabbato, spx. cS. Blasii. Sf. pr. Prc. In M. *Salve* Gl., 3 or. de Spir. S. Tr. PB. *in venerat.* — *7*. VscS. Andreae Corsini (d. *amS.*)
			= Cras adhortetur populus, ut pro Summo Pontifice Nostro **Pio PP. XI.** dieb. an. Electionis et Coronationis Ipsius ferventius Deum exoret.
* 4	**D**	v	**SEXAGES.** (2 *Cl.*) *7*. De ea, sd. cS. Andreae Corsini (*sine 3 or*) Cr. PT. *OIO*. — In Vcs, S. Andreae Corsini.
			= Cras finita Missa benedictio panis et aquae e Rituali Petricoviensi.
5	II	r	*2a*. S. Agathae, d. Tr. — VdcS. Dorotheae.
			= Cras dies Annivers. Electionis SS. D. N. **PII PP. XI.** In Eccl. Cathedr. Miss. sol. ut in Cathedra S. Petri (d. 18 Ian.) col A. unica or. „Deus omn. fidel.“ Gl Tr. Cr. Prf. Ap. *In aliis Eccl* in omnibus M. additur or. *pro Papa.* Ubique post Mis. „Te Deum“ cum. VV. et orat. ut pag. 4. notat.
6	III	a	*3*. S. Titi, d. 9l. et cS. Dorotheae. Tr. In M. 3 or. *pro Papa.* — Vd.
7	IV	a	*3*. S. Romualdi Abb., d. M. integra *Os iusti* de Coui Abb. Tr. — Vd.

8	V	a	*3.* S. Ioannis de Matha, d. Tr. — Vdc S. Apolloniae.
9	VI	a	*3.* S. Cyrilli Alexandrini. d. 91 et cS. Apolloniae. Tr. Cr. — Vd.
10	S	a	*3.* S. Scholasticae, d. Tr — *7.* Vscp. Apparit. BMV. Imm c. (dm. *amS) Dox. B.* =Cras montr fidelss de ieiunio quadragesimali et Conf ac Commun. Paschali, quae incipit f. IV. Ciner.
11	**D**	v	**QUINQUAG.** *(2 Cl.) 7* De ea, sd * c. Appart. BMV. Immac. (*sine 3 or.*) Cr. PT. UE. e M. Apparit. BMV. *OIO.* — In Vcs, Apparitionis BMV. = Cras dies anniv. Coronationis SS. D N: **PII PP. XI.** cfr. dicta die 6 hj
12	II	a	*3.* SS. Septem Fundatorum Ord Serv. BMV., d. In M. 2 or. *pro Papa.* Tr. — V. sine c.
13	III	v	*13.* De ea, spx. Sf. Prc. In M. D. Quinq. (*sine* Gl. Tr. Cr) 2 or. *A cunctis*, 3. *Fidelium*, 4. ad libit. *OIO.* — V. de f. (Ad *Magnif.* Ant. *Miserere* de Proprio), cS. Valentini. Sf. Prc.

			= *Hodie de sero clauditur solemnitas nuptiarum usque ad D. Pasch. inclusive.* Toto tempore Quadragesim. prohib. Missae privatae *votivae* et privatae *de Requie*, quae ultimae permittuntur tantum prima die cuisque hebdomadae ab Officio duplici libera. E contra Missae cantatae tum votivae tum de Requie sec. novas Rubricas permittuntur diebus, quibus in margine ponitur signum**.
*14	IV	v	*Cinerum.* (Ieiun. cum abst.) *14.* De ea, spx. cS. Valentini. Prcf. Sf. In M. (a) 2 or. S. Valentini, 3. *A cunctis. Praef. Quadrag. abhinc cotidie dicenda,* etiam in D. et Festis, *nisi propria assignetur. OIO.* Ante M. princip. bened. et impositio cinerum. — In VcSS Faustini et Iovitae. Prcf. Sf. **In Eccl. Cath.** Feriis Quadrag., in *dup. mai., min.* et *semid.* in Choro, duae dicuntur Miss. Conv.: prima post Tert. *(sine ass. Choral.)* de Off. sine com. et ult. Ev. fer.; secunda post Non. *(cum ass. Choral.)* de fer. sine com. Off. et cum orr. de tempore assignatis — In dup. I. et 2. cl. Miss. Conv. *(cum ass. Choral.)* dic. post Tert. de Off. sine com. et ult. Ev. feriae.
**15	V	v n	*Permitt. M. lectae Def.* (b) *14.* De ea, spx. Prcf. Sf. In M. (a) 2 or. SS. Mm., 3. *A cunctis.* — V. de f. Prcf. Sf.
**16	VI	v	*(Ieiun. cum abst.) 14.* De ea, spx. Prcf. Sf. In M. (a) or. ut pr. loco. — V. de f. Prcf. Sf.
**17	S	v	*(Ieiun. cum abst.) 14.* De eo, spx. ut heri.

Incipit pars verna Breviarii

8. VscS Simeonis. Sf. Prc.

= Hodie et deinceps usq. ad Pasch (except. Dominicis) Vesp. (non tamen Complet.) in Choro (de congruo etiam extra Chorum) recitantur ante prandium; et meridie Sabb. per idem tempus dic. *Angelus Dmni* stando usq. ad Sabb. Sanct. exclus (S. C. Indulg. 20 Maii 1896).

18	**D**	v	**I QUADRAG.** *(I Cl.)* *8.* De ea, sd. cS. Simeonis. Sf. Prc. In M. 3 or. *A cunctis* Cr. *OIO* — V. de D Sf. Prc. *
19	II	v n	*Permitt. M. lectae Def.* (b) *15.* De ea, spx. Prcf. Sf. In M (a) or. ut pr. loco. — V. de f. Prcf. Sf. **
20	III	v	*15.* De ea, spx. Prcf. Sf. M. ut heri. — V. de f. Prcf. Sf. **
21	IV	v	*Quat. Temp.* (Ieiun. cum. abst.) *15.* De ea. spx. ut heri —*1.* VscS. Pauli, f. **
22	V	a v	*1.* Cathedra S. Petri Antiochiae, dm. 9lh, cS. Pauli, f. M. integra ut 18 Ianuarii (omissa cS. Priscae) cS. Pauli, f. Tr. Cr. PA. UEf. (c) — In VcS. Pauli, s, f.
23	VI	a v	*Quat. Temp.* (Ieiun. cum abst.) *Vigilia S. Matthiae* (de qua nihil in Officio.) *3.* S. Petri Damiani, d. ll. 1 N. *Sapientiam* cum Rsp. de Communi *(quod valet de omnibus ll., quae non sunt de Script. occurr.)* 9lh. cf. In M. cf, Vigil. Cr. UEf. — *M.* ad libit. a) de f,

			cS. Petri, Vig. UEVig.; b) de Vig., cS. Petri, f. UEf.*) — *1.* Vscp, f.
*24	S	r	*Quat. Temp.* (Ieiun. cum abst.) *1.* S. MATTHIAE,**) d. 2 Cl. 9lh cf. Cr. PA. UEf. *OIO.* — In Ves.
*25	**D**	v	**II QUADRAG.** (*I Cl.*) *8.* De ea, sd. Sf. Prc. In M. or. pr. loco. Cr. *OIO.* — V. de D. Sf. Prc.
**26	II	v n	*Permittuntur M lectae Defunct.* (a) *15.* De ea, spx. Prcf. Sf. In M (a) or. ut in loco. — V. de f. Prcf. Sf.
**27	III	v	*15.* De ea, spx. ut heri.
**28	IV	v	*15.* De ea, spx, ut 26 h.

MARTIUS

(a) In M. de Feria omitt. Gl. et Cr; orat. dicuntur, quae in loco assignantur; Praef. Quadrages, (a D. Passionis I C.) Absolutis Postcom. Celebrans dicit: *Oremus,* modo consueto extendens ac iungens manus caputque versus Crucem profunde inclinans, dein iunctis manibus et capite profunde inclinato *versus librum* dicit: *Humiliate capita vestra Deo,* et extensis ante pectus manibus subiungit or „su-

*) In Eccl. Cath. *in Choro* dic. M. de feria *(post Nonam)* 2 or. Vig., 3. *A cunctis.* UEVig., *extra chorum* M de S Petro Dam. (post Tertiam) sine cf. vel Vig.

**) His typis notantur Festa suppressa, in quibus *Missa parochialis* applicetur sec. ea, quae pag. 50 notantur

per populum'. In M. cantatis *Oremus, Humiliate etc.* et or. super populum cantantur. In M. solemni *Humiliate etc.* cantat Diaconus, facie ad populum versa. — In Officio dic. Sf. et Preces feriales ad L., Horas et V, ad Completor vero Dominicales.

b) Diebus, quibus praeter colorem *violac.* aut *album* aut *rubrum* notatur etiam color *niger*, permittuntur quidem Missae lectae *de Requiem*, minime vero Missae *votivae*. His itaque diebus M. lectae celebrari poterunt vel de Officio currenti (si Officium est de Sancto ritus sd.), vel de Feria.

(c) In Quadr. si Officium fiat de Festo (exceptis dupl. I et 2 Cl.), Missae possunt celebrari ad libitum: vel ut assignantur in Kalendario, vel de Feria cum comm. Festi currentis aliisque a Rubrica praescriptis. Quodsi nulla datur comm., commemorabitur tantum Festum occurrens, si est ritus duplicis; si vero semiduplicis, addetur 3. loco or. *A cunctis* (Temp. Passionis dic. 2 tantum or.) Semper vero legitur Praef. Quadrag. (a D. Pass. PC.), etiamsi Festum occurrens propriam habeat.

1	V	v	*15.* De ea, spx. ut 26 Febr.	**
2	VI	v	*(Ieiun. cum abstin.) 15.* De ea, spx. ut 26 Febr. *Una M. vot. de SS. Corde Iesu* cum Gl. cf Cr. PC. UEf. *OIG.* — V. de f. Pref. Sf.	**
3	S	v	*(Ieiun. cum abstin.) 15.* De eo, spx. ut 26 Febr. — *8.* VscS. Casimiri (dm. *amS.*), S. Lucii.	**
4	**D**	v	**III QUADRAG.** *8.* De ea, sd. cS Casimiri, S. Lucii. Cr. *OIO.* — In VcS. Casimiri.	*

** 5	II	v n	*Permittuntur M. lectae Defunct. (b) 15. De ea, spx. Prcf. Sf. In M. (a) or. ut in loco. — 3. Vscf.
6	III	r v	3. SS. Perpetuae et Felicitatis, d. ll. 1 N. *Confitebor.* 9lh. cf. In M. *Me exspectaverunt* (de Coui von Virg. 1 loco) or. et Secreta ut ibidem pro plur. Mm. notat. Postcom. *Mysticis.* (nova!) cf. Tr. UEf. (c) — Vdcf.
7	IV	a v	3. S. Thomae de Aquino, d ll. 1 N. *Sapientiam.* 9lh. cf. Cr. UEf. (c) — Vdcf.
8	V	a v	3. S. Ioannis de Deo, d. ll. 1 N. *Beatus vir.* 9lh. cf. UEf. (c) — Vdcf.
9	VI	a v	(*Ieiun. c. abst.*) 3. S. Franciscae Romanae. d. ll. 1 N. *Mulierem.* 9lh. cf. Tr. UEf. (c) — In Vs, f. = **Cras, ubi mos est. inchoandae sunt preces novendiales (novenna) in honorem S. loseph.**
** 10	S	r v (8 n)	(*Ieiun. c. abst.*) 3. SS. Quadraginta Martyrum, sd. ll. 1 N. *Fratres: Debitores.* 9lh. cf. Sf. Prc. In Eccl. **8** *permittuntur M. lectae Def.* (b) In M. cf, 3 or. *A cunctis.* UEf. (c) — 8. Vscp. Sf. Prc.

			= Cras altaria ornantur floribus, pulsantur organa, Ministri sacri utuntur dalmat. et tunicella.
11	D	ros (v)	**IV QUADRAG.** seu **LAETARE.** * (*I Cl*) *8*. De ea, sd. Sf. Prc. In M. or. ut in loco. Cr. *OIO*. — In Vcs.
12	II	a v	*3*. S. Gregorii I, d. ll. 1 N. *Sapientiam*. 9 l h. cf. Cr. UEf. (c) — In Vcf.
13	III	v n	*Permittuntur M. Lectae de Requiem* ** (b) — *15*. De ea, spx, Prcf. Sf. (a) – V de f. Prcf. Sf.
14	IV	v	*15*. De ea, spx. ut heri. **
15	V	v	*15*. De ea, spx. ut 13 h. **
16	VI	v	(*Ieiun. c. abst*) *15*. De ea, spx ut ** 13 h. — *3*. Vscf.
17	S	a v	(*Ieiun c. abst.*) *3*. S. Patritii, d. ll. 1 N. *Fidelis sermo*. 9lh. cf. UEf. (c) — *9*. Vs (cfr. *Nota inferius posita*) cp, S. Cyrilli Hierosol. (*d. amS.*)
			= Ab his Vesperis usque ad festum SS. Trinit. omittitur Suffr. SS. *(preces vero dicuntur.)* — In Officio de Temp *(non autem de Sanctis)* omitt. *Gloria Patri etc* in fine Ps. *Venite exsultemus*, in Resp. Lect Mat., Horar. ac Complet, sed repetitur solum Invitat. aut Resp.
			In Missa de Temp. non dic. Ps. *Iudica* neque *Gloria Patri* ad *Introit*, et *Lavabo*; orat. dicunt. tant. duae; PC, quae ultima dicitur quoque in M fest., nisi pr. habeatur.
			Ante Vesperas velantur Cruces, Imagines SS. Salvatoris et Icones altarium velo *violaceo*, quod

			perlucidum vel depicta cruce ornatum esse non debet.
*18	**D**	v	**PASSIONIS.** (*I Cl*) *9.* De ea. sd. cS. Cyrilli Hierosol. (*sine 3 or.*) Cr. PC. *OIO.* — *I.* Vscp.
†19	II	a	*I.* S. IOSEPH, d. 1 Cl. 9lh. cf. Cr. Praef. pr. *Et te in Festivitate B. Ioseph.* UEf *OIG.* — In Vcf.
**20	III	v n	*Permittuntur M. lectae de Requiem* (b) — *16.* De ea, spx. Prcf. In M. (a) 2 or. *Ecclesiae* (sine 3 or.) PC. — *3.* Vscf.
21	IV	a v	*3.* S. Benedicti Abb., d. II. 1 N. *Laudemus viros.* 9lh. cf. In M. *Os iusti* (de Coui Abb.) cf. UEf. (c) — In Vcf.
**22	V	v	*16.* De ea, spx. Prcf. In M. (a) 2 or. *Ecclesiae* (sine 3 or.) PC. — *I.* Vscf. *Dox. pr.*
23	VI	a v	(*Ieiun. c. abstin.*) *I.* **Septem Dolorum B M. V.**, dm. (in fine Martii). 9lh. cf. Vrs. Primae *Qui passus es propter nostram salutem.* In M. cf. Cr. PB. *in transfixione.* UEf. (c) — *I.* Vscp, f.
24	S	a v	(*Ieiun. c. abstin.*) *I.* **S. Gabrielis** Archang., dm. Offic. novum. 9lh. cf. In M., quae habetur Pro aliq. locis, cf. Cr. PC. UEf. (c) — *8.* Vscp.
			= De Annuntiat. BMV. fiet 9 Aprilis.

25 **D** v. **PALMARUM**. *(I Cl.) 9*. De ea, sd. †
Prc. *Ante M. princip. benedicto palmarum*. In M. or. *unica*. Cr. PC. UE. in M.. quae sequitur bened. palmarum, S. Ioannis, in aliis M. *Cum appropinquasset* (e bened. palm.) *OIG*.

In M. solem. Celebrans non genuflectit ad verba Ep *ut in nomine Iesu*, quando ipse illa legit, sed cum Subdiac. illa decantat. — Post Tractum dicit absolute in cornu Evang. (*in transitu fit profunda inclin capitis) Passio*, quam legens non signat librum, neque seipsum nec dicit *Dnus vobisc.*; ante verba: *Altera autem die*, in medio altaris dicit *Munda cor* et *Iube Dne benedicere*, et in fine osculatur librum ad verba *Altera autem die*, dicendo: *Per evangelica etc.* (et sic fer. III. et IV) — In M cantata solum ultima pars (*Altera autem etc.*) cantatur. — In M. cum assist. Passio (si a 3 cantoribus cant.), a celebrante legit. in cornu Ep., *Altera autem die* etc. in cornu Ev.

V. de D. Ad Compl. Prc.

26 II v *17*. De ea, spx. Prcf. In M (a) 2 or. *Ecclesiae* (sine 3 or.) PC. *OIO*. — In VcS. Ioannis Damasceni. Prcf. *

27 III v *17*. De ea, spx. Prcf. cS. Ioannis Damasceni (sine 3 or.) *Passio* (ut D.) PC. *OIO*. — In VcS. Ioannis Damasceni, S. Ioannis a Capistrano. Prcf. *

28 IV v *17*. De ea, spx. Prcf. cS. Ioannis a Capistr. In M. (a) post *Kyrie* dic. 1 or. et 1 l., dein *Dnus vobisc.*, or., 2 or. *

			S. Ioannis a Capistr. (sine 3 or.) *Passio*, PC. *OIO*. — In VeS. Ioannis a Capist.
† 29	V	a Extra M. v	**In Coena Domini**. De ea, d. 1 Cl. Matut. ut in Brev., ad L. Ant. pr., Ps. de Psalterio 2 loco. Ad Hor. Ps. de Dom. Omnes Horae terminantur hoc Triduo: *Christus factus est, Pater noster*, Ps. *Miserere* et or. *Respice*; Ant. *Ave Regina* non dicitur. *Crux Altaris, in quo Miss. est celebranda, hodie velo albi color. cooperta esse debet; Cruces proces. aliorumq altar. retinent velum viol.* — *Communio generalis Cleri fit in stolis albis.* — *Hodie consecrantur tres Hostiae: una pro Celebrante hodie. 2. pro Liturgia crastina, 3. pro expositione in Sepulcro Celebrans sumpto SSmo Sanguine, ponit duas consecratas Hostias in alium Calicem, iam antea in Altari praeparatum. Calix hic tegitur palla, deinde patena superinversa, tandem velo serico col. alb., quod ad cautelam ligula serica albi col ligatur.*
			In Mis. (*sine Ps. Iudica*) ad *Gloria* pulsantur camp. et organ., *quae postea silent usq. ad Sab S.* or. unica, Cr. PC. *Communicantes, Hanc igitur* et *Qui pridie* pr., dic. „Agnus Dei" (*sed*

non datur Pax) et in fine *Ite Missa est. — Ad Processionem cum SSmo ad Illud reservandum, depositis casula et manipulo, accipitur pluviale col. alb. — Denud. altar. in stola col. viol. In Ecclesia Catedr. consecr. Oleor. et lotio ped.* – V. ut in Brev., ad Compl. Ps. de D.

30 | VI | n | **In Parasceve**. (*Ieiun c. abstin.*) De ea, d. 1 Cl. ut heri. Ad *Christus factus est* additur *Mortem autem Crucis.*

Passio legit. semper in cornu Epist. Monitiones cantantur in tono orat. ferialis iunctis manibus, orationes vero extensis manibus. In Mis. sine ss. ministris Sacerdos flexo unico genu cantat. „Flect. gen." et ministrante respondente: „Levate", sine mora surgit. In adoratione Crucis post trinam genuflexionem osculandi sunt pedes Crucifixi; in regressu semel genuflect. Sec. novas Rubr. Improperia a Celebrante alternatim cum Diac. et Subd. legenda sunt, quousque durat adoratio. *Post adorat. Crucis accenduntur candelae et transfertur Missale ad cornu Evang.*

In Mis. Praesanctific. ad „Orate fr." *non respondetur* „Suscipiat". *Or.* „Libera nos" *post* „Pater noster" *non legitur, sed cantatur in tono orat. feria-*

			lis. Ad Elev. Hostiae patena non elevatur, sed tenetur manu sinistra super corporale, sola vero dextra Celebr. Hostiam inter pollicem et indicem accipiens eandem elevat ita, ut ab omnibus videri possit. Post fractionem Hostiae in 3 partes, duae maiores ponuntur super patenam et ultima immitt. in calicem, nil dicendo et sine signis Crucis Processio cum Ss. Sacr. ad Sepulchrum in pluviali nigro. Hodie ttm. periculose infirmantib. SS. Eucharistia ministr. idq. sine signo tintinab. – V. ut heri, sed Ant. ad *Magnif.* pr. Comp. ut heri.
† 31	S	a Ante M. v	**Sanctum**. (*Lex abstinentiae et ieiunii cessat post meridiem*) De ea, d. I Cl. ut f. V., sed ad L. cantic. *Ego dixi: In dimidio* (e f. III.) Ad *Christus factus est* additur *Propter quod* etc. Benedictio ignis, lectio prophet. bened. aquae bapt. et Litan. in col. viol. *Exsultet* et Missa in albo. — In M. Ps *Iudica*, (Introit. non dic.), *Kyrie*. Gl. (cum pulsu campan. et organi). Non dic. Cr. nec Offert., sed ttum *Dminus vobiscum* et *Oremus*. Ad *Lavabo* addit. *Gloria Patri*. Praef. Pasch. *in hac* potissimum *nocte*. Item in *Communic.* (pr. loco) dic. *noctem sacratissimam Hanc igitur* pr. loco,

Ite Missa est cum 2 *Alleluia*. — V. et Com l. ut pr. loco notatur. — Hodie S *Communio* nequit fidelibus ministrari, nisi *inter Missarum solemnia* vel *continuo ac statim ab iis expletis*. (Codex I. C can. 867 § 3).

Abhinc Ant. *Regina caeli*, quae semper dicitur stando. — Vespere hodie vel cras summo mane celebratur *Resurrectio* sec. Rituale nostrae Provinciae.

